

CONCORDATA

inter sanctiss. dominum



nostrum **PAPAM LEONEM .X.** & sedem
apostolicam, ac christianissimum Do. nostrum
REGEM FRANCISCVM huius
nominis primum, & Regnum inita.

Cum interpretationibus egregii viri **D. PETRI REBVFFI** de Monte-
pellulano, Iurium doctoris, & Comitis, in Parisiensi Decretorum facultate profes-
soris, necnon in supremo Senatu aduocati.

EIVSDEM D. REBVFFI TRACTATVS NO-
minationum, omnem earum notitiam breui perstringens, vt in prin-
cipio eiusdem videre licet, ad faciliorem Concordatorum elucidatio-
nem additur, in hoc regno maxime necessarius.

Accessit insuper oppido q̄ utilis ab eodem auctore **TRACTATVS**
DE PACIFICIS POSSESSORIBVS, tam in hoc Regno
quam in aliis frequentissimus.

II editio

Ex recognitione **authoris** tã a reſtis supremi Senatus, quàm aliis
plurimis iuris accessionibus illustrata, quæ hoc
signo   patebunt.

Veneunt **Ioanni Paruo** sub lilio aureo, in via Iacobea: & **Galioto**
a Prato, ad primam columnam regii Palatii.
M. D. XXXVIII.

Cum gratia & privilegio Regis.



*Expurgado
en forma de exp.
de 1755. en com.
de el Reg. Sal. Dic.
de 1758.
Joseph Rivero
Garcia*

Enoni Stoico Delphis oraculum consulenti, quoniam pacto vitam optime traduceret, Apollinem ferunt respondisse, cum id consecuturum si mortuis sese addiceret. Quam vocem cū diu multumque secum pensitasset sagacissimus vir, haud alio spectare ratus, commentariis veterum euoluendis atque perdiscēdis totum se tradidit, in quibus quantum ipse profecerit, testantur philosophorum libri. Eius institutum cum a prima ætate mihi proposuissem imitandum prudentissime Cancellarie: *tandiu antiquorum scripta ac recentiorum reuolui, quandiu mihi per otium atque atatem licuit. In quibus quidem cum amici me omnino operam non luisse iudicarent, a me vehementer postularunt, vt ex libris a me visis aliquid in Cōcordata, quæ non ita pridem publice in scholis decretorum Parisiis exposui, componerem, nominique tuo nancuparem. Quibus diu sum equidem reluctatus, eo maxime, quòd opusculum præcox, & nondum facis maturum, amplitudini tuæ nequaquam par esse videbam: & vt ingenue fatear, statueram prorsus nihil edere, nisi mihi addidisset animum Stilpon philosophus Megarensis, qui cum aliquando Megaris Neptuni sacerdos esset, & ob rei familiaris angustias de more taurum immolare Neptuno non posset, sed per pusillam quandam & domi natam hostiam, deum in somnis iracunde cum obiurgasse ferunt, quòd sacrificium a maioribus institutum, non rite obisset: ipsum vero Stilponem nihil ea re territū, respondisse, Quid tibi vis Neptune? an indignaris quod rei meæ parcens, foenorisque vitans iacturam, urbem hanc nidore non repleuerim, sed tibi pro domesticis copiis puram hostiam (quantam potui) obtulerim? His dictis Neptunum arriudentem, Stilponis manu apprehensa eius gratia Megarensibus eo anno magnum se apuarum prouentum largiturum recepisse, & re ipsa præstitisse. Impulit me & quod vulgari prouerbio dicitur, animus munerū optimus. Nam & Christus viduæ nummum respexit, & Artaxerxi rustici munus gratissimū fuit. Instigauit denique & singularis tua iam mihi nota humanitas, & animi candor. Te enim ex omnibus vnum potissimum delegi, qui ita natus & factus, ita alitus atque educatus, ita deniq; eruditus atque institutus es, vt nemo eorum qui moribus & studiis efflorescunt, vel ingenio, vel industria, vel prudentia sit tibi secundus. Finxit enim te natura iam indelab initio ad omne genus probitatis præstantissimum, Nullum verbum in sermonibus nō modo foedius, sed ne leuius quidem, aut licentius. Non actio, non gestus, non*

CONCORDATA

INTER SANCTISSIMUM DOMINUM

nostrum Papam, & sedem apostolicam, ac Christianissimum dominum nostrum Regem, & Regnum edita: cum interpretationibus, tractatibusque Nominationum, & de pacificis possessoribus, ac cum nouis additionibus D. Petri Rebuffi, vtriusque Iuris doctoris, in Parisiensis Decretorum facultate Regentis, passim in hac secunda editione interiectis, incipiunt.

PROOEMIUM.



LRAN CISCVS
dei gratia Frācorū
Rex, Mediolani
dux, Astenſis Co-
mes, ac Genuæ
domin⁹, Omnib⁹
literas has lectu-
ris salutem.

Cū non pridem superſtite adhuc Ludouico memoriæ cōmēdabilis rege ſocero noſtro (cuius animæ propitietur altiffimus) ſacrū Lateranē ſe cōciliū ſæpius editis decretis eundē ſocerum noſtrum ad eiufdem concilii conuentum euocaſſet, cum eoque regni noſtri Curias ſummas (quas Parliamentarias vocamus) Eccleſiam in ſuper vniuerſam Gallicam, cūctasque regni noſtri gentes, Delphinatisque noſtri potentatus admonendos cenſuiſſet, vt ſi quid autoritatis priſcæ afferre, ſi qua iura citare, ſi rationes cōſentaneas palā edifferere poſſe conſiderēt, quo minus ſanctio pragmatica eiufdē concilii autoritate ac ſententia antiquaretur, abrogaretur, induceretur, irritaque etiā nulla pronūciaretur & ſchiſmatica, id infra diē dictis decretis præfixā efficerēt. Quo neglecto talis denique (ſacro approbante cōci-

lio) decerneretur. Dudū autē ſtatimque nobis diademático ſaſtigio diuina benignitate auctis, regnūque auſpicato incuntibus, cum rurfus huiufcemodi edicta alia atque alia ab eadē autoritate manātia innotuiſſent, nobis etiā noſtris que curiis eccleſiæ Gallicanæ ac ſubditis populis edicto nouiſſimo, ac cauſæ perēptorio ſpes omnis eſſet purgādæ moræ præciſa, vt ſi vltèrius cunctari in animū induxiſſemus, futurum omnino videremur in hæc diſcrimina incidere, quæ ante dictæ pragmaticæ ſanctiōis decretum hoc in regno noſtro patriaque Delphinali locū ſibi vendicabant. Ideo nos animo reputantes quāta olim ante illius pragmaticæ ſanctiōis promulgationē indignitas rerū ac deformitas in regno noſtro, patriaque Delphinali graſſaretur, cū videlicet res numaria (quibus veluti neruis Reſp. ſubnixa eſt) ea maxime ac præcipue Romæ exhauriretur, cū præſulibus & antiſtitibus ſacerdotiorū conferendorum libertas facultasque adimeretur, cū peregrini & incolæ ſacerdotiis gallicis ſæpenumero donarentur, cum diplomatibus apoſtolicis, quas expectatiuas nuncu-

Tractatus

**NOMINATIONVM, IN HOE MAXIME
REGNO TVM VTILIS, TVM NECES-**

SARIVS, A D. PETRO REBVEFFO, I. V.

**doctore celeberrimo, nunc pri-
mum & elucubratus, &
in lucem emissus.**

Tractatus

Nominationum.



Materiam nominationum in forensi iudicio in dies vsu venire mēte mea reuoluens, à nostrisq; doctoribus neglectā vel parum tractatam, quæstiones aliquas à me frequen-

tius petitas, in vnū congerere conatus sum. **I**N PRIMIS q̄ro, Quot modis accipitur nominatio? Respon̄. multis. Primo dicitur nominatio, quādo exprimitur nomē & cognomen alicuius, vel aliud æquipollens. l. 1. & seq. ff. de liber. & posthu. & l. certum. ff. si cert. peta. & sic accipitur in concord. in rub. de regia facultate primū mēsem gra duatis debitum nominandi, & tex. in c. mul ti. §. si quis autem. & §. sequē. 2. q. 1. & regula cancella. Iulii secundi in 4. parte, & in l. 1. §. 1. ff. de magistra. cōueniend. l. 1. §. cū quis. de quæstio. l. libertus. §. in quæstionib⁹. & §. nominati. ad municipal. authen. hoc ampli us. C. de fideicom. & testator heredē sibi nominare debet. l. iubemus. C. de testa.

2 Aliqñ quis nominat extraneū filium suū, & illa nominatio nō probat illum esse filiū nominātis. l. nō nudis. & l. non epistolis. C. de proba. glo. in cap. Michael. de filiis pres byterorū. & c. per tuas. de proba. c. illud. de præsumpt. not. in c. trāsmis̄. & c. per tuas. qui filii sint legit. l. in l. neq; professio. C. de testa. quia illa verba censentur prolata propter aliud, ideo nō probāt. l. ex his. C. de testa. milit. plene Iacobi. de sancto Geor. in .l. quidā. ff. de probatio. & Ideo si pres byter vel alius nominet aliquam suam cō matrem non propterea probat hoc esse. ca. per tuas. de probatio. quia hoc sepius faciūt in coniugibus, vt peccatum eorum coope-

riatur. Innocē. Panor. & alii in cap. ex par te. in fine, de restitu. spolia. Decius consil. 462. visa col. 2.

3 Nec quo ad præiudicium tertii inducūt etiam præsumptionem. l. as. consil. 81. factum sic se habet col. 1. in 1. vol. & cōsi. 102. ser. be nedictus. col. 1. in 3. vol. ideo dicitur 1. Ioan. 3. c. Videte qualē charitatē dedit nobis pa ter, vt filii Dei nominemur & simus & c.

4 Primo, fallit quādo ex antiquo sic nomi natus esset. c. cum causam. & ibi glo. & do cto. de probat. Barba. consil. 6. sapiēter. in 2. vol. & Decius cōsi. 35. ad iustificatiōē. Hip pol. in rub. C. de probat. fol. 24. col. 3. cum seq. quia non præsumitur quod tandiu fuis set sic nōminatus, nisi filius esset noīantis.

5 Secūdo fallit quo ad legitimatiōē, auth. si qs liberos. C. de naturalib⁹ liberis. Alber. in l. nō idcirco. C. de iur. & fact. igno. Alex. cōsil. 150. in causa. in 5. vol. Benedict. in re peti. ca. Raynutius, in verbo & uxorem. nu. 204. de testa. vbi intelligit per nominatiō nem patris naturalē tantum legitimū hære dem nominātis fieri, quādo mulier quę pe pererat filiū, erat digna tali viro, de quo fi liū suscepit: alioqui contra, vt si mulier es set meretrix, & vilis cōditionis, pater erat di ues & nobilis. Ang. in §. sed & aliud. per il lum tex. in authen. quib. mod. natur. effici. le git. colla. 6. Alium casum tradit Bar. in l. 1. §. idem per cōtrariū. ff. de liber. agnoscend.

6 Tertio limita, fauore libertatis, vtpote si dominus seruū suum scienter nominauerit filium suū, tunc efficietur liber. §. si instit. de adopt. & in aliis casibus traditis per Feli. & Deciū in ca. per tuas. vbi nominatio probat in casibus ibidem traditis de probatio.

7 Item ex ista nominatione nascitur præ sumptio, quę trāsfert onus probādi in ad uersarium. glo. in ca. Michael. de filiis pres byterorum. Calca. consil. 36. visis. nu. 21.

8 Idem si papa aut episcopus nominaret aliquem archidiaconum, decanum, vel a-

De nomi natione

1. q̄st. Nominatio quot modis accipitur.

Filiatio an per nominationem probetur.

Francisco Rebuffo, in forma Rebuffi patris & magistris
Franciscus Rebuffus A. V. doctor

Tractatus

DE PACIFICIS POSSESSORIBVS, HOC IN REGNO AC IN TOTO ORBE NON MINVS

FREQVENS QVAM VTILIS, AB EODEM AV-

thore Do. Rebuffo ediius.

Luceo. 7. Calend. Jan. anno domini 1544. millesimo trecentesimo

TRACTATUS DE PACIFICIS POSSESSORIBVS.



REGVLA in hac materia est, q̄ quicunque possederit beneficium ecclesiasticum triennio, nō poterit molestari in possessore nec in peunitio, hoc statutum

fuit etiā in pragma. eo. titu. & in reg. Cancell. 17. & nūc nuper in his cōcord. isto. tit.

Pacifici
tribus modis
apud
theologos
dicuntur.

1 Notandum est, q̄ secundum theologos pacifici dicuntur tribus modis. Primo mandatis dei obtemperando, ad Roma. 5. c. iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad deum, quę datur hominibus bonę voluntatis. Lucę. 2. cap.

2 Secundo dicitur is qui refrenat illicitos motus. Ioan. 5. cap. Scias quod pacem habeat tabernaculū, id est corpus. & Augusti. super Matth. 5. cap. ibi, Beati pacifici, ait, Pacifici sunt in seipsis, qui animi mot⁹ & carnales concupiscētiās habent edomitas, & rationi subiectas.

3 Tertio, qui quærūt pacē cum proximo. ad Roma. 12. cap. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacē habentes. & Chryosto. super Matth. 5. cap. Pacifici sunt qui nec odiunt nec litigant, sed litigantes & discordes ad pacem reducunt. vt perbelle facis, dignissime p̄ses, & hi filii dei vocātur, quia vnigeniti fuit hoc opus, videlicet congregare dispersa, & pacificare inter se p̄lantia. David psal. 119. Cum his qui oderunt pacem, etiam pacificus. ita expresse tenet. Florent. in. 4. parte summe titu. 7. c. 6. Vnde pulchre dicit August. in c. quisquis. in primo. 23. q. 4. Quisquis vel quod potest arguēdo corrigit, vel quod corrigere non potest, saluo pacis vinculo excludit, vel quod saluo pacis vinculo

excludere non potest, equitate improbat, firmitate supportat, hic est pacificus. vnde Christus dicitur rex pacificus, quia vt pacem doceret, in hunc mūdum venit. & pia miseratione disposuit sibi subditos fore pudicos, pacificos, & modestos. in p̄c. decreta. rex pacificus. plus dicens per os prophete. psal. 36. Custodi innocentiam, & vide equitatem, quoniam sunt reliquię homini pacifico. Istę igitur, nobilis & doctissime p̄ses, tuę sunt reliquię, quas passim nedicam Parisien. homines, verum & totus Gallię populus te fouere p̄dicant. Quare pacificus, pacifico, pacificum tractatum tibi dicare non erubuit. Hic tamen loquimur de pacifico possessore beneficii, qui p̄ triennium sine lite possedit beneficium, vt dico infra numero. 164.

2 Licet videre differentiam inter quietum & pacificum, per Floren. vbi supra. & Bal. in consilio. 288. omnis qui rem. in. 4. volumine. & not. in clemen. multorum. de p̄c. nis. & c. sanctorum. de p̄scrip.

3 Primo amplia procedere etiam in muliere, quia verbum quicunq; in textu positum, tam masculinum q̄ fœminam comprehendit. tex. de iure melior & magis expressus in. l. ait diuus. ibi, quicunq; accipere debemus tam masculinum q̄ fœminam. ff. de iure fisci. l. quicunq; & ibi Alber. & alii. C. de ser. fugi. & Iohelis. 2. cap. Quicunq; inuocauerit nomen domini, saluus erit. & Actuum. 2. cap. idem dicitur. & Matth. 12. c. dicitur, Quicunq; fecerit voluntatem patris mei, qui in cęlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est glo. in cle. prima. in verb. quicunq; de decimis. & in cle. pa. de sepul. tur. tex. in. l. prima. ff. de verb. signi. & ibi plene dixi hoc anno interpretando illam legē extraordinarie. glos. in c. generali. de elect. lib. 6. glos. in cap. primo. §. & cum humanę in verb. abbatis. eodem titu. in pragma. Ias. plene in omni fere materia in. l. si quis id quod. ff. de iurisdic. omni. iudic. & Deci.

3
Fœmina
post trien
nium in be
neficiis nō
debet mo
lestari.

vt dixi, in expectante apostolico, & de iure antiquo. secus per concordata, postquã papa ius tantum præuentionis retinuit.

¶ Ultimo quando quæstio est dubia in iure canonico, & est plane decisa per ius civile, tunc statur illi decissioni factæ per ius civile etiam in foro canonico, vel econtrario. c. Raynutius. & ibi doct. de testa. sed de iure est dubium an appellatione præuentionis veniat simplex requisitio, ergo stabimus de clarationi factæ per ordinationem regiam, etiam in curiis ecclesiasticis. quod est notandum. Alia missa facio, ne sim prolixus. alibi plena manu scribam. hæc tamen interim non sunt contemnenda. Alia dixi in d. glof. iure præuentionis. si tamen quis velit alia videre, recurrat ad glo. prag. sanctio. ne eas hic transcribam, sicut quidam putant me facere, & nil ultra scribere. hoc tamen ex superscriptis satis superque dignoscetur.

¶ Hic sistere calamum, & receptui canere ordinariæ iubent lectiones nostræ, quas, & adagio dictante, ordinem deserere, etsi multis obrutus sum negotiis, nolui, utilitatem publicam alternis horis vel scribendo, vel interpretando, plurius faciens, quàm priuatam, quæ mihi contẽptui fuit, vt hæc breui (quasi Glauci ars) congesta fuissent, & commodum nostris afferre possent: quod futurum spero. & quia dicitur primæ ad Thesalo. 5. cap. In omnibus gratias agite. Igitur agam Deo Opti. Max. eiusq; virgini matri & omnibus cælicolis immensas gratias in sempiternum, Amen.

Spes mea Christus.

FINIS.



*in d. conuentionibus
in decret. do. Fox
Eps Segobincis*